

# Liber

in vita ac moribus sua cinqz distribuit.  
sed eiaz ut ipsi iuste vivane. iusteqz mo  
rati sint. sua cinqz distribuendo .ut ne s  
misi quicquam debeant nisi ut inuicem  
diligant. et vnde inheretur illi forme.  
nisi amando .cur ergo alium diligim?  
quem credimus iustum. et non diligim?  
ipsam formam. vbi videmus quid sit iu  
stus ammus .ut et nos iusti esse possi  
muss. An vero nisi et istam diligereamus  
nullomodo cum diligereamus quem dili  
gimus ex ista. sed dum iusti non sumus  
minus eam diligimus q̄ ut iusti esse va  
leamus. homo ergo qui creditur iustus  
ex ea forma et veritate diligitur. quam  
cerit. et intelligit apud se ille qui dili  
git. ipsa vero forma et veritas non est  
quomodo aliunde diligatur. Neqz em̄  
inuermis aliquid tale preter ipsam ut  
eain cum n̄cognita est credendo diligia  
mus ex eo q̄ iam tale aliquid nouimus  
**R**uicquid em̄ tale aliquid perspereris  
ipsa est. et non est quicquam tale .quo  
niā sola ipsa talis est .qualis ipsa est  
**R**u ergo amat homines aut quia iu  
sti sunt .aut ut iusti sint amare debet .  
**S**ic enim et semetipsum amare debet .  
aut quia iustus est .aut ut iusti sit **S**ic  
em̄ diligit proximum tanq̄ seipsum sine  
vilo periculo. **R**u em̄ aliter se diligit .  
iuste se diligit .quoniam se ad hoc di  
ligit ut sit iustus. **N**d hoc ergo ut sit  
malus. ac per hoc iā nō se diligit. **R**u  
em̄ diligit iniquitatem. odit amā suā.  
**C**an viij

**O**napropter non est precipue vi  
dendū in hac questione que de  
trinitate nobis est. et de cogni  
scendo deo. nisi quid sit vera dilectio .  
immo vero quid sit dilectio. **E**a quippe  
dilectio dicenda .que vera est alioquin  
cupiditas est. at; ita cupidi abusue di  
cuntur diligere. quemadmodum cupe  
re abusue dicuntur .qui diligunt .hec  
est vera dilectio. ut inherentes veritati  
iuste vivamus. et ideo contemnam? om  
nia mortalia pre amore hominum .quo

eos volumus iuste vivere .Ita em̄ et  
mori pro fratribus vulter paratu eē po  
terimus .quod nos dominus ihesus xp̄s  
exemplō suo docuit .Cum em̄ duo pre  
cepta sint in quibus tota lex pendet et  
prophete. dilectio dei et dilectio propi  
mi .non in merito plerumqz scriptura pro  
pteroqz vnum ponit .sive tantum dei .si  
cuti est illud .scimus quoniam diligent  
bus deum omnia cooperantur in bonū  
Et iterum .Ruis quis autem diligit deū  
hic cognitus est ab eo .et illud .quoniam  
caritas dei diffusa est in cordibus no  
stris per spiritum sanctum qui dat̄ est  
nobis .et alia multa .quia et qui diligit  
deum .consequens ē ut faciat quod pre  
cipit deus .et instantum diligit inquan  
tum facit .consequēs ergo ē ut et prox  
imum diligat .quia hoc precepit deus .  
sive tantum proximi dilectionem scriptu  
ra commemorat .sicut est illud .Inuicē  
onera vestra portare .et sic adimplebi  
tis legem xp̄i .et illud .Omnis em̄ lex in  
vno sermone impletur .in eo q̄ scriptū  
est .diliges proximum tuum tanq̄ teip  
sum .et in euāgelio .omnia quecunqz vul  
tis ut faciant vobis homines bona .ita  
et vos facite illis .hec em̄ est lex et pro  
phete .Et pleraqz alia reperimus in lit  
teris sanctis .i quibz sola dilectio propi  
mi ad perfectionem precipi videtur .et  
taceti de dilectione dei .cum in vtroqz  
lex pendeat et prophete .**S**ed et hoc  
ideo .quia et qui proximum diligit .con  
sequens est ut ipsam precipue dilectio  
nem diligat .Deus autem dilectio est .  
et qui manet in dilectione in deo manet  
**C**onsequens ergo est ut precipue deum  
diligat .Quapropter qui querunt deū  
per istas potestates que mundo p̄funt  
vel partibus mundi .auferuntur ab eo  
longeqz iactantur .non interuallis loco  
rum sed diuersitate affectum .Exteri  
em̄ conantur ire et interiora sua dese  
runt quibus interior est deus .Itaqz si  
aliquam etiam sanctam potestatem vel  
audievunt .vel vtcunqz cogitauerunt .